

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVATIO. XXI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

est circa entia sed circa non entia, ita intellectus intelligit cecitatem esse cecitatem, sicut bonum esse bonum, sed ens non est tale, quia tantum prædicatur de entibus, & non de non entibus. ergo aliquid aliud tale est veritas. ergo & cætera.

Dicendum quod non entia non intelliguntur nisi per comparationem ad suos habitus sicut privationes, sed suis habitibus. cõius est ens, & iõ operatio realis & positiua est circa realia & positiua. Item illud est primum obiectum intellectus diuini, sub cuius ratione omnia alia subiiciuntur intellectui, sed tale non est essentia diuina, ut hæc, quia lapis non intelligitur sub ratione huius essentia, quia tunc non intelligeretur distincte, & sic tunc confuso.

¶ Rõdeo. intellectus diuinus ex quo formaliter est infinitus, non formaliter perficitur nisi infinito. tale est solū essentia diuina ut hæc, & ideo licet lapis sub propria ratione esset intelligibilis, nunquam tamen ut intelligitur sub propria ratione perficeretur ipso, quia ita perfectus est ex intellectuone primi obiecti, quod est infinitum, quod nunquam potest perfici actione alicuius secundarij obiecti, sed semper præuenitur actione primi obiecti, quod est formaliter infinitum. Item ad principale, illud est primum obiectum intellectus in cuius ratione & virtute omnia alia mouet, sed tale est quodlibet attributum supposita distinctione, quia quodlibet eorum est infinitum formaliter. ergo &c. Item idem est obiectum intellectus simpliciter & obiectum intellectus in quocumque,

sed obiectum intellectus simpliciter est ens. ergo & cuiuslibet intellectus. ergo & intellectus diuini. Itē diuersæ potentia secundum genus requirunt diuersa obiecta prima. ¶ Ad primum potest dici quod ratio infinitatis per prius inuenitur in hac essentia ut hæc, quod in ipsa sub ratione attributali, & iõ ratio non concludit. quod ad secundum dicitur, quod maior est falsum, quia potentia visiva simpliciter est obiectum omne visibile, sed visui vespertilionis non est visibile lux excellentissima, iõ non videt lucem excellentem. quod ad tertium dico quod accipit falsum, quia idē obiectum sub eadē ratione est formale obiectum cognitionis, & suæ appetitus.

DISPUTATIO. XXI.

Verum essentia diuina sub eadem ratione formalis sit obiectum intellectus diuini & intellectus beati, ita quod eadem sub ratione formalis terminet actum visionis diuina, & actum visionis beati alicuius.



TRUM essentia diuina sub eadem ratione formalis sit obiectum intellectus diuini & intellectus beati, ita quod sub eadem ratione formalis terminet actum visionis diuina, & actum visionis beati alicuius. Dicitur quod non, quia sub ratione infiniti terminat actum visionis diuina, sub hac autem ratione non est obiectum intellectus beati, cum eius potentia sit natura finire, & per consequens non potest habere obiectum sub ratione opposita, ut sub ratione infinita.

CON-

CONTRA, quicumque intellectus cognoscit aut intelligit aliquid obiectum, intelligit oē illud qđ inest ei per se primo modo dicendi per se, sed quicquid est in Deo conuenit ei in primo modo dicendi per se, ergo intellectus intelligens essentiam diuinam intelligit omnia quę cōueniunt & insunt eidem essentia, talia autem sunt infinita, ergo intellectus beati intelligit infinita, ergo intelligit Deum sub ratione infinita. Maior est euidentis, quia quicumque intelligit aliquid siue distincte siue indistincte, clare siue obscure, intelligit eodem modo illud qđ est de per se in intellectu & conceptu eius: ut qui intelligit hominem: intelligit animal, vel saltem quicumque intelligit aliquod obiectum potest intelligere omnia illa, quę sunt de per se intellectu eius: quia illa non continentur in illo obiecto, nisi virtualiter, & per consequens plus est intelligere illud obiectum, quam illa quę sic includuntur, huiusmodi autem sunt quę per se primo modo dicendi per se conueniunt alicui obiecto. Minor patet per hoc quod illud, quod conuenit alicui per se primo modo est eius essentia vel principium essentie ex primo posteriorum, sed quicquid est in Deo est essentia diuina & idem cum ea, ergo quicquid est in Deo conuenit ei primo modo dicendi per se, ergo &c.

¶ Præterea, nulla potentia quietatur in aliquo obiecto, nisi sub illa ratione, sub qua includitur in eo totalis perfectio sui primi obiecti, sicut potentia visiva, non quietatur in

aliquo obiecto, nisi in illo includatur omnis perfectio sui primi obiecti, quia sub alia ratione illud primum obiectum non adæquat potentiam, & per consequens eam non quietatur. ergo intellectus non quietatur in videndo essentiam diuinam, nisi sub alia ratione, sub qua essentia diuina includit totam perfectionem veritatis, aut entis, aut cuiuscunque, quod ponitur primum obiectum intellectus, sed ratio totalis perfectionis veritatis, alius cuius entis, est ratio infiniti intensius, quia est ratio rei non habentis excedentiam, ergo intellectus non quietatur videndo essentiam diuinam, nisi videat eam sub ratione infiniti.

¶ Præterea, potentia quę tenet in diuersa obiecta per se non quietatur in vno, nisi sub ratione sub qua eminenter includuntur perfectiones illorum in illo vno, sicut potentia visiva tendens in album & nigrum, per se, non quietatur in aliquo obiecto, nisi sub ratione, sub qua includit perfectiones omnium colorum, sed intellectus noster potest cognoscere infinita obiecta, vnde est cognituius infinitorum, non igitur quietatur in essentia diuina, nisi sub ratione sua qua includit perfectiones infinitorum intelligibilibus, sed hæc ratio est ratio infinitatis, ergo &c.

¶ Præterea, cognitio intuitiua differt a cognitione abstractiua in hoc, quod abstractiua abstrahit ab existentia rei, quia potest esse de re absente, sicut præsentis, cum sit per speciem essentialiter repræ-

sentantem rem absentem, sicut presentem, sed cognitio rei intuitiua est de re, vt præsens est. sed cognitio Dei & beati in patria respectu essentia diuine, est intuitiua. maxime ergo est respectu essentia diuinæ, vt existens est. ergo sub eadem ratione essentia diuina terminat cognitionem diuinam, & beati in patria. Vnde si esset essentie, respectu essentia diuinæ sub alia ratione q̄ sub ratione qua existens est, posset cognosci cognitione abstractiua, & non intuitiua a beatis.

¶ Præterea, arguitur q̄ beatus videns essentiam diuinam videat infinita, & per consequens videat essentiam sub ratione infinita, quia sub ratione, qua repræsentat infinita. Antecedens ostenditur sic, quia si videns essentia diuinam non videret omnia, q̄ in Dei sunt essentia, hoc non esset nisi propter aliquam diuinam ipsorum, quia q̄ vnum cognoscitur, & aliud non, hoc non est nisi propter aliquam diuinam, hæc autem diuina aut est secundum rationem, aut secundum rem, non autem pp̄ differentiam realem, quia nihil differt reale in diuinis ab essentia. Tum, quia in diuinis non est differentia realis, nisi personarum. sed hæc differentia non impedit, quin intellectus videns vnā personam, videat aliā. ergo differentia realis non impedit. non est diuina rationis, quia persona differt ab essentia secundum rationem, & tamen intellectus videns essentia videt & personam. ergo diuina secundum rationem non potest impedire, quin beatus videns essentiam diuinam, videat omnia, quæ continentur in ea, quæ sunt infinita.

¶ Præterea, ad idem sic. si intellectus beati videns essentiam diuinam, non videat omnia quæ relucent in essentia, aut hoc est pp̄ impotentia intellectus videns, aut pp̄ diuersitatem speculi repræsentantis, quia magis clare repræsentat vnum, q̄ aliud, aut pp̄ diuersitatem illorum, quæ includuntur, quia .i. vnum natū est cognosci ab intellectu, & non aliud. Non illo tertio modo, quia ratione vnum est cognoscibile ab intellectu, & aliud: nec propter diuersitatem speculi repræsentantis, quia illud vniuersale est simplicissimum: nec pp̄ impotentiam intellectus cognoscens, quia potest cognoscere essentiam diuinam, & non est magis cognoscere ea quæ includuntur in essentia, q̄ essentiam. Et hoc est sic arguere, imperfectio potentie cognitue respectu vniuersalis, & non respectu alterius, non est, nisi quia vnum obiectum est perfectius cognoscibile, quā aliud: si enim essent equaliter cognoscibilia, & equalis cognoscibilitatis non est potentia magis imperfecta ad cognoscendum vnū, quā aliud, sed essentia diuina est obiectum ita perfectum cognoscibile, sicut illa quæ includuntur in essentia, vel maioris, ergo non est propter imperfectiōnem potentia cognoscētis, q̄ cognoscat essentiam, & non alia quæ includuntur in essentia. ¶ Præterea, intellectus beati quietatur in videndo essentiam diuinam, sed non quietaretur, nisi videret infinita, quæ relucent in ea, quia si cognosceret finita, appeteret plura cognoscere, cū ea potest cognoscere. ergo appetitus eius non quietaretur. ergo &c. ¶ Præterea, beatus videns essentiam.

essentia diuinā, aut videt sub ratione infinita, aut non sub ratione infinita. si primo modo, habetur propositum. si secundo modo, ergo cum videatur essentiam diuinam sub alia ratione, & non sub ratione infinita, sequitur quod videatur eā sub ratione finita, & ita finitum quietaret, quod falsum est. Item essentia diuina, ut nuda, est obiectum intellectus diuini, & sic est obiectum intellectus beati. Item est obiectum intellectus diuini sub ratione veri, & sic est obiectum intellectus beati. Item beatificat intellectum diuinum, ut bonum ultimum. sic est & intellectum beatum. ergo &c. Item infinitum nunc scitur de Deo, ergo in patria videbitur. Item modus intrinsecus obiecti videtur, ergo obiectum per se videtur sub isto modo.

DISPUTATIO. XXII.

Utrum essentia Dei secundum rationem essentia sit aciei intelligentia principium formale intelligendi.



Tantum essentia Dei secundum rationem essentia sit aciei intelligentie principium formale intelligendi. Et intelligo de intelligentia proprie dicta. Quod sit in Deo, idem est esse & intelligere. 1. li. de tri. c. 4. 1. particulari. 4. sed essentia diuina est ratio essendi. ergo & ratio intelligendi. ergo &c. Ad quoniam dico, quod, si queratur de ratione intelligendi, potest habere triplicem intellectum, vel de ratione elicitiua, vel repositiua, vel obiectiua, & terminatiua. Tamen ut quod magis quere de ratione

principij elicitiui, talis est essentia. Quod declarat sic, illud quod est sufficiens repositiui ex parte intellectus, qui est respectu omnium, quod potest intelligere, ut ratio formalis intelligendi omnia, talis est essentia. ergo. Minorē probatur Aug. 15. de tri. c. 14. ubi prius.

CONTRA, ut quod distinctio non sit conueniens, quia quod querit de ratione formali, & in tanto ut se determinare & prescinde rationem formalem contra rationem repositiuiā, & rationem obiectiuam. ergo non oportet distinguere. Item contra aliud in pede quoniam, quia quod dicitur quod est ratio repositiua, aut ratio elicitiua, & ratio repositiua sunt eadē secundum rationem, aut secundum rationem terminati, si secundum rationem terminati, sic omnia sunt eadem in diuinis. Item in nobis non ut quod principium repositiuium sit ratio formalis: quia si sic, eadem species esset repositiua, & elicitiua. ergo sequitur, quod primus actus intellectus erit reflexus, quia species est forma intellectus, & antequam intelligat oportet quod se conuertat super speciem. Item Augustinus non videtur esse pro hoc, quia nihil loquitur de principio formali, sed de principio effectiui, sicut patet per eundem in capitulo sequente, quod verbum omnia nouit sicut pater, & sicut pater effectiue, sic concludit ibi de filio.

AD PRIMVM dicitur, quod non distinguit illa, nisi ex parte intellectus, quia intellectus potest esse ratio repositiua sub una ratione, & sub alia ratione ratio obiectiua, non autem distinguitur ex parte obiecti. per hoc etiam patet ad secundum.

CON-